UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manvale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitivm Spiritvale Christianae Pietatis

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

Oratio Sodalitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-46577

Visual Library

ORATIO.

GRatiam tuam quæſumus Domine, mentibus noſtris infunde: vt qui Angelo nunciante Chriſti Filij tui incarnationem cognouimus, per paſſionem eius, & crucem ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Chriſtum Dominū noſtrum. Amen.

ORATIO SODALITATIS.

SAncta Maria mater Dei & virgo, Ego N. te hodiè in Dominam, Patronam & Aduocatam eligo, firmiterque ſtatuo ac propono, me nunquàm te derelicturum, neque contra te aliquid vnquàm dicturum aut facturum, neque permiſſurum, vt à meis ſubditis aliquid contra tuum honorem vnquàm agatur. Obſecro te igitur, ſuſcipe me in ſeruū perpetuum, adſis mihi in actionibus omnibus meis, nec me deſeras in hora mortis. Amen.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN